

Donatio Civitatis Vladislaviensis

In Nomine Patris et filii et Spi-
ritus Sancti Amen. Sicut Acta homi-
num notitiæ subjaceant singulorum pro-
cessu tamen temporis testibus Defici-
entibus legitimis hominum actibus con-
suevit Calumniæ nocere, nisi literarum
testimonio, vel testium subscriptione luci-
dus roborentur. Noverint igitur universi
tam presentes, tum futuri hanc pagi-
nam inspecturi, quod nos Casimirus Dei
gratia Dux Lancicie et Cujavie ad pre-
ces et instantiam Venerabilis Patris Do-
mini Woliniivi, Sanctæ Vladislaviensis
Ecclesie Episcopi in nostrorum remissio-
nem peccatorum eidem Ecclesie, Civita-
tem Theutonicalem ibidem sitam et mo-
lendinum vicinius civitati super flumi-
nem, qui Igouyha vocatur constructum
contulimus cum omnibus utilitatibus,
attinentiis et juribus in perpetuum
pleno jure adicientes Castrores in u-
troque fluvio Wiza videlicet ac Igou-
yha infra terminos Ecclesie, nec non
Civitatis prenotate, salva tamen Juri-
um nostrorum ibidem Degentium,
qui vulgariter Thorabnici nuncupantur.
Contulimus insuper ad petitionem
supradicti Patris duabus villis Wienicz

Silice

scilicet et Sopacino plenum jus in o-
mnibus Theutonicorum ponentes in ar-
bitrio sua voluntatis, sive tuitati saepe
Dictam agriculturam in eis adjuvando
seu per se jure Theutonico populandi
nihil juris nobis excipiendo. Ut autem
haec donatio solennis per nos facta, vo-
luntate perpetuae firmitatis obtineat, praesentem
paginam in hujus rei testi-
monium, in nostro ac venerabilium
Patrum Domini Fulconis Gnesnensis
Archiepiscopi, et Wolimiri Cujaviensis E-
piscopi sigillis duximus roborandam
Acta sunt haec in Crampersco in die
Dedicationis Ecclesiae Anno Gratiae 1255.
Indictione tertiadecima. Presentibus praesentibus
Dicto Domino Fulcone Archiepiscopo
et Comite Rogusca Palatino Cujavien-
si, Comite Rogusca Castellano Cranicie,
Comite Strescone Castellano de spici-
miv, Magistro Subcamerario Cujaviae,
et aliis quam pluribus.